

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 03 : De Chimaera

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[120-121\] : De Chimaera](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 03 : De Chimæra](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 04 : De la Chimere](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 03 : De la Chimere](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 03 : De Chimaera, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 30/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/940>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination269r°-270r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Chimère](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

la placula laurum natam postea fuisse memorant. Sequentibus postea temporibus cum bellum grauiſſimum inter Tegeates Lacedæmonioſque exarſiſſet, multis eladibus affectis Lacedæmonioſi reſponſum eſt ab oraculo præſentes calamitates ceſſaturas, ſi ventos & percutientem ac repercuſſum, hominumque pernitiem omnem remouentes, oſſa Oreſtis inueniſſent. Lichas igitur Lacedæmonius cum Tegeam perueniſſet, erant enim tunc fœderis iure oia pacata in ciuitatibus, atque fabri ætarii officinam eſſet ingreſſus ibi inueniri poſſe oſſa Oreſtis in memoriam venit, quia ventos folles oraculum appellaeſſet; percutientem, malleum; repercuſſum, incudem; hominum per-
nitiem, ferrum; quo in præliis cædendis hominibus uſi fuiſſent. atque ſe-
pulta fuiſſe poſtea Oreſtis oſſa memorant iuxta Parcarum fanum in ſepul-
chro Agamemnonis, ubi inſi ſunt Tegeatæ ab oraculo illa ſepelire, ut ait Pauſ. in Laconicis. Atque hæc illa ſunt, quæ de Oreſte ab antiquis memo-
rantur. Quod hæc ad hiftoricam narrationem referenda ſint omnia propè, nemini dubium eſſe arbitror. at quod ita fuerit Oreſtes à Furiis exſpiratus ob parricidium, quod vel iuſſu oraculi commiſſerat, illud ſolum nobis eſt
conſiderandum. Dicunt huic viſas fuiſſe Furiæ, quæ ardentes faces aſſidue illius oculis obicerent, à quibus ſemper terrore horribili afficiebatur, per
quas neque diurno neque nocturno tempore quieſcere licebat. hanc animi
moleſtiam, atque adeo hunc mentis furorem, conſcientiæ ſtimulos fuiſſe cõ-
ſtat, quibus ſclerum flagitiorumque ſibi conſcii homines exagitantur: cum
nihil magis animum aſſidue torqueat, quam præteritorum flagitiorum me-
moriam, quod ita teſtatur Cicero in Oratione pro Roſcio Amerino; Nolite
putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos, qui aliquid im-
pie ſclerateque commiſerint, agitari, & perterriti Furiarum tædis arden-
tibus, ſua quemque fraus, & ſuus error maxime vexat: ſuum quemque ſce-
lus agitat amentiaque afficit; ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi
terrent. Hæ ſunt impius aſſidue domeſticeque, Furiæ, quæ noctes diesque pœ-
nas præteritorum peccatorum à cõſceleratiſſimis hominibus repetunt. Nam
cum nihil magis quam præteritorum ſclerum recordatio animum infeſter,
cum nihil magis hominum quieti, & tranquillitati confert, quam integri-
tis opinio, & nullius fraudis ſibi eſſe conſcium; quod per hanc fabulam an-
tiqui ſignificauerunt. at nunc de Chimæra dicamus.

De Chimæra.

Cap. III.

Chimæra monſtrum illud celeberrimum apud antiquos, Echidnæ ac Typhonis filia fuiſſe dicitur, ut ſcripſit Heſiodus in Deorum ortu, ubi loquitur de Echidnâ in his;

ὅ δὲ χίμαιρα τῶν τε πένοντα δαμάσσειν πόρ,
ἀνδράσι μάχεται, ποδὶ δὲ καὶ κεφαλῇ.
τῶν δὲ τῶν κεφαλῇ, μία τις χερσὶν δίδωσι,
ἑὴ χίμαιρα, δὲ ἑρπετὸν ἀνθρώπων.
πρὸς δὲ λέων, ἐκ δὲ δρῶν, μία δὲ χίμαιρα,
ἀνδρὶ δ' ἀνθρώπων, ὅτε τις πόνον αἰσθάνηται.

Tum parit indomitas ſpirantem ex ore Chimæram
Flammas, ingentem, celerem, fortemque, grauemque.
Huic tria erant capita: primum fuit acre leonis,

Yyy

Aft

Mythologiæ

Ast aliud capræ, atque aliud crudele chelydri.

Prima leo, postrema draco, media inde capella,

Quæ grauitèr patulis spirabat naribus ignem.

Fabulantur hanc Chimæram Amisodari studio fuisse educatam, vti scripsit Apollodorus lib. 2. Bibliothecæ. hoc monstrum trium fuisse diuersarum formarum, & è superioribus patuit, & Homerus ita expressit lib. 7. Iliad.

πρῶτον γὰρ ἐκ χελιδνὸς ἀναμεικτὸν ἐκ λεόντος

πρῶτον . ἔξ τε δὲ τοῦ δῖου γένος, ἔξ τε αἰγρῶν .

Ἐκ γὰρ δὲ λέωνος, ἐκ δὲ δῖου γένος, ἀπὸ δὲ χελιδνῶν .

Διὸς ἀντιπαῖδός τε στυγερὰ μένος ἀλλοείκετο .

10

Horrendam primum iubet obtruncare Chimæram,

Cui genus hand mortale fuit de stirpe virorum.

Prima leo, postrema draco, media inde capella,

Quæ grauitèr patulis spirabat naribus ignem.

Cum ignem igitur ex ore & naribus expiraret, fabulati sunt Bellerophontè ad hanc occidendam missum fuisse, qui conscendens equum Pegasus alatum natum è Neptuno & Medusa, illam sagittis transfixit, vti scripsit Apollodorus lib. secundo. quamuis aliter alii sentiant, vti dicitur postea. hanc in

20

Lycia habitasse memorant, quo etiam in loco nata est. neque his plura de Chimæra memorie prodita sunt. Nunc veritatem inquiramus. Scriptum fuit à Carystio in historicis commentariis tres populos à Bellerophonte fuisse victos, quod etiam significatum per triplicem Chimære formam fuisse ait Zezes hist. 1. 49. chil. 7. Alcimus in rebus Siculis, & Syracusius Nymphodorus Chimæram Lyciæ montem esse dixerunt, in quo ignis nasceretur. eius in summa parte leones dicti sunt habitasse, in medio erant vberissima & amœnissima pascua, ad radices serpentes complures; quæ res locum dedit fabulæ, quod Chimæra monstrum esset è tribus tam diuersis animalibus compositum, cuius caput & pectus vertex scilicet esset leonis, ignemque efflaret ex ore; atque ita venter erat capræ, cauda vero draconis. Hunc locum Bel

30

lerophontes Glauci filius cum fecisset habitabilem, dictus est monstrum illud sagittis confecisse. Scriptum fuit à Theopompo lib. 7. rerum Philippicarum, Chimæram non sagittis fuisse transfixam, sed hasta peritam fuisse, quæ plumbum haberet in summa parte collocatum; quam partem hastæ cū Bellerophon in os Chimære intrusisset, plumbum igne colliquefactum in ventrem Chimære defluxit, & illi combussit omnia intestina, qua re mortua est. Scripsit Agatharchides Gnidius lib. 3. rerum Asiaticarum Chimæram mulierem fuisse Amisodari, qui imperauit Lyciæ, quæ duos fratres haberet Leonem & Draconem. hi cum Lyciæ loca incursionibus & insidiis opportuna cum magna manu iuuenum occupassent, adeuntes ea loca obtruncabant.

40

ob concordiam igitur fratrum & sororis corpus vnum tria habere illa capita fabulati sunt. Hos Bellerophontes vi superauit, & in seruitutem redegit; quare dictus est plumbum in os intrusisse; quod etiam testatur Isacius in Lycophronem. Nicander Colophonius fluuiorum naturam ac torrentum præcipuè per hæc signimenta significari voluit: cum dixerit Chimæra tria habuisse capita, & triplicem corporis formam: primum caput fuit leonis, vltimum draconis, at medium capræ, quoniam ex hybernis imbribus, aquarumque abundantia fiunt fluuii quidam, qui dicuntur *χίμαιραι* per hyemem fluentes scilicet, qui sunt tanquam leones feroces & indomiti, omniaque

obuia

omnia secum trahunt: cum igitur omnia rapiant & strepitum edentes quasi rugiant, leonum primam partem habere dicti sunt: cum præcipue terram quasi unguibus effodiant, quæ iter sunt habituri. At pars media capra est dicta, quoniam aqua huiusmodi proxima quæque carpit: vicina pars est serpens, quia obliquus & contortus est omnium fluviorum, tanquam serpentum & viperarum cursus. Hoc monstrum horrificum Bellerophontes Pegaso inuectus, solis calor scilicet interemit, quia cum cessat pluviarum copia per ætatem, tunc exsiccantur torrentes. Nam Bellerophon & Pegasus idem sunt re ipsa, vis solis scilicet, quæ variis nominibus appellatur: nequidquam prohibet eundem solem diuersis nominibus pro variis actionibus appellari. Ego sanè per hanc fabulam nos ab ira, turpissima omnium monstrorum reuocari crediderim: cum ira, tanquam leones furibundos faciat, quæ ex ebulliente sanguine circa cor excitatur, oculosque rubro colore tanquam flammis perfundit. Huius media pars est capra, infestum plantis animal, quoniam maxime infesta est facultatibus ira, cum nullam neque utilitatis, neque honoris rationem habeat ira. ut autem significarent antiqui omnium vitiorum maxime molestam esse iram, quæ pro viribus ab omnibus deuitanda est, neque huic motui obnoxios esse amplectendos, huic monstro partem extremam draconis attribuerunt. Non minus enim cauendus ac fugiendus est is viro prudenti, qui quod tulerit vis iræ & impetus feratur, quam draconum & crudelissimum viperarum consuetudo. Sic enim refræandam esse iram antiqui nobis significarunt, aut futurum esse ut nullam hominum nisi stultissimorum amicitiam comparemus. Alii vim rhetoricæ facultatis sub hac fabula contineri arbitrati sunt, qui præmiorum naturam acrem esse voluerunt, modicæque intumescere: medium orationis carpere, & sublimia sectari propter necessaria sapientiæ studia; ac extremam partem se tanquam anguem ad medium reflecti summamque repetendum, virumque habere & acrimoniam, quæ excitet animos auditorum in aduersarios. at de Chimæra factis. nunc de Bellerophonte dicatur.

De Bellerophonte.

Cap. IIII.

Dicitur is Bellerophon, qui Chimæram interemit, patria fuisse Corinthius, & Glauco eius filius, qui natus fuit è Sisypho, ut testatus est Dioxippus Corinthius lib. 2. de rebus patriis, & Pausanias in Corinthiacis, qui Bellerophon Hipponus antea dicebatur. Hic ubi Bellerum Corinthium, vel, ut maluit Phœnix Colophonius, Deliadem proprium fratrem, vel, ut Philemon putauit, Pirenen, ut vero Dorotheus Sidonius, Alcimenen, interemisset, non solum nomen, sed patriam etiam mutauit. Argos igitur profugus adiens à Præto perhumaniter expiatur, & in hospitium capitur. Deinde paucis interiectis diebus Antea, vel, ut alii maluerunt, Sthenobæa Præti vxor incredibili amore Bellerophontis capitur: quem cum nullis blanditiis posset ad adulterium allicere, apud Prætum tentata pudicitie accusauit. At Prætus hunc ipse quidem iure antiquæ consuetudinis interficere noluit; quoniam fuit antiquorum consuetudo ut neminem occiderent qui cum edissent, nisi istud accidisset inconsulto: sed ad Iobatem generum suum in Lyciam misit occidendum, literasque dedit obsignatas, in quibus criminatio continebatur. Cum verò solennitas quædam per illud

Yyy 2 tempus